



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Confessionis Avgvstinianae, Et Avgvstanæ

Hänlin, Georg

Friburgi Helvetiorum, 1592

VD16 H 131

De Eius Transubstantiatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29407

Paganus es, aut Iudæus? si autem dixerit, nō sum: adhuc quæris ab eo: Catechumenus, an fidelis? si responderit tibi, Catechumenus, inunctus est, nondum lotus; sed undē inunctus? quære, & respōdet: quāre ab eo, in quem credat: eo ipso quo Catechumenus est dicit in Christum: Ecce modo loquor & Fidelibus & Catechumenis. Quod dixi de sputo, & luto; quia Verbū caro factum est, & hoc Catechumeni audiūt; sed nō eis sufficit ad quod inuncti sunt; sc̄ntinent ad lavacrum, si lumen inquirunt.

Videant ergo Lutherani, quām bellē etiam in his cum D. Augustino consentiant.



ARTICVLVS X.

DE COENA DOMINI.

Mnes hujus Articuli Conclusiones, prout hīc quidem adscriptae sunt, & Catholicæ, & Augustinianæ sunt. At & hīc Pappo si persuasum nobis vellet, Augustinum Lutheranum fuisse; ostendendum fuerat, illum in ceteris etiam, de Eucharistia idem, quod Lutherani hodie sentiūt, & Apologia Confessionis aperte cōtinet, sensisse. Quod nūquam efficere poterit; etiamsi omnes vitæ suæ dies ejus lectioni impen- derit. Negant enim Lutherani moderni omnes; Primo, Trans-substantiationem; Secundo, Christi ex ira usum sacramenti præsen-tiam, & permanentiam; Tertiō, Adorationem: Quartō, Euchari-stiam cum hoc, quod sacramentum est, etiam verē, & propriè sacrificium esse. Quæ omnia credidit & docuit Augustinus tam disertè & expressè, ut quæ de istis apud ipsum existat testimonia, nulla ter-giversatione obscurari & obtenebrari à quoquam unquam pos-sint. Quod ex sequentibus manifestum est.

I. TRANSSVESTANTIATIO.

August. Serm. 28. de verbis Domini, Tom. 10. col. 113. A.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Memini ser-monis mei, cūm de Sacramentis tractarem, dixi vobis, quod!

H 3 ante

ante verba Christi, quod offertur, Panis dicatur; ubi Christi verba de promta fuerint, jam nō Panis dicitur, sed Corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominicā, quæ postea sequitur, ait, Panem nostrum? Patiēm quidem dixit, sed ~~in nobis~~ dixit, hoc est, supersubstantiale. Non iste panis, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit.

Idem Lib. 3. de Trinitat. cap. 5. & 6. Tom. 3. col. 284. c. d. &c.

Multorum conversionum allatis exemplis ex sacris, & aliunde ostendere nititur, conversionem panis in corpus Christi non esse impossibilem.

II. P R A E S E N T I A , E T P E R M A N E N T I A Christi in Eucharistia, extra usum.

Augustinus Lib. 3. de Trinitate, cap. 4. Tom. 3. colum. 284. B.

Nec linguam quippe ejus, nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos lingua editos, nec signa literarum conscripta pelliculis corpus Christi & sanguinem dicimus; sed illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum, & Prece *Mystica consecratum*, ritè sumimus ad salutem spiritalem, in memoriam pro nobis Dominicæ passionis.

Idem in Psal. 33. Concion. 1. Tom. 8. colum. 232. C.

Et ferebatur in manibus suis, &c. Quomodo intelligatur, in ipso David secundum literam, nō invenimus; in Christo autem invenimus. ferebatur enim Christus in manibus suis, quādo commendans ipsum corpus suum, ait: Hoc est Corpus meum. Ferebat enim illud Corpus in manibus suis.

Idem Lib. 20. contra Faust. cap. 13. Tom. 8. col. 369. A.

Noster autem Panis & Calix nō quilibet quasi propter Christum in spicis, & in sarmentis ligatum, sicut illi desipiunt: sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur.

III. A D O-